

quod praua nobis fuerit infinuacione suggestum. Sic Alexander III. cuius omnes loquuntur ore Pontifices, animam & spiritum Pontificio iuri suae auctoritatis praesidio tribuentes.

Non esse contra Pontificis mentem vltius ostenditur. Cap. Super litteris.

94 Pro quo & facit Cap. Super litteris, eodem Titulo, vbi ita loquitur Innocentius III. in fine: Vt sic in vtroque casu eadem ratio, qua delegatum moueret, moueat etiam delegatum: & vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suae cognitionis officium nullatenus interponat. Sic ille. Ex quibus apparet Pontificiae intentionis non esse vt executioni eius rescripta mandentur, quando ad sic faciendum rationabilis fuerit causa deprehensa. Quidquid autem de Registro tali sit, quod esse licitum tenent plures a Diana adducti supra. & alii apud Dom. Solorzanum num. 43. & praeterea P. Sa verb. Excommunicatio, in excommunicationibus Bullae Coenae num. 16. in Consilio Indiarum est potior ratio, vt iam vidimus, & credendum profecto de nostrorum est Regum pietate, atque erga Apostolicam Sedem obseruantiam, nihil pro Indiarum bono ab eadem dispositum a Consilio impediendum, vbi plene fuerit sua Sanctitas informata.

Leges de Registro non obligare in conscientia, & sine illo posse in Indijs iuxta Bullas iudicari.

95 Dico secundò. Leges, quae de non exequendis Bullis in Consilio Indiarum non recognitis agunt, non obligant in conscientia, & ita poterunt Indiarum iudices iuxta eas iudicare. Id probò. Tum quia quamplures, vt vidimus, illicitam retentionem dicunt; vnde & consequenter dicendum debere eos, ad quos spectant, eas executioni mandare. Tum etiam, quia ratio, propter quam registrarum solent, ea est, quam diximus, ne scilicet pacificus Indiarum status in spiritualibus aut temporalibus per aliquam illarum ex minori rerum notitia profectam, aliquomodo perturbatur. Haec autem ratio cessat: nam qui in Indiis degunt, melius id nosse possunt, cum res praesentes habeant, quam ii, qui per immensam distantiam sunt diuisi: qua veritate nihil esse exploratius potest. Cessante autem ratione legis, illius obligationem cessare, quamplurimum & grauium est sententia Doctorum, quos adduximus Titulo praeced. num. 27. & praeterea aliorum, quos adducit & sequitur Bassaeus, v. Lex. 5. 5. num. 3. & videndus praesertim P. Suarez lib. 6. de legibus cap. 8. num. 1. & cap. 9. num. 15. vbi & plures refert P. Palaus Tomo 1. tract. 3. disp. 5. Puncto 1. 4. & 5. qui licet aliter sentiant quando cessat ratio tantum in aliquo particulari & non in communi, vbi & plures contrarium sentiunt, videndi apud ipsos; in praesenti tamen ita contingit; respectu enim communitatis, & non tantum aliquorum particularium, cessat ratio legum dictarum: maior enim notitia rerum propriarum generaliter est in Indiis, quam in Europa, & ita de conuenientia melius potest iudicari. Loqui enim hic possumus vt alias Cassianus Collatione 13. cap. 18. cum ait: & idcirco fide non dubia, & vt ita dicam, palpabili experientia comprobatur. Sic ille. Melius proculdubio videt vnus propè, quam mille à longè. Quid si è contrà, pauci à longè, & mille propè. Videndus etiam circa nuper positam positionem de cessatione legis Dom. Solarzanus lib. 3. cap. 23. num. 51. vbi quòd ratio legis est mens & medulla ipsius, & se habet vt anima, & verbum vt corpus siue superficies, & in illa consistit tota

Cessante ratione legis, cessat eius obligatio.

Cassianus.

vis, substantia & virtus intrinseca legis, ex Tiraquello.

CAPVT IX.

An Ordinationes Regiae pro Consilio Indiarum in conscientia obligent Senatores.

96 Dico primò. Ordinationes, quae ad necessariam notitiam rerum Indiarum, causam conuersionis, & electionem Ministrorum spectant, obligant modo dicto Cap. 1. & sequentibus, vsque ad 5. inclusiue.

Affertio 1. circa Ordinationes de quibus dictum.

Dico secundò. Ordinationes aliquae vim tantum directionis habere videntur ad negotiorum commodiorem expeditionem; quibus si non ad litteram seruatis nihil inde damni in dicta expeditione resultet, non est graue peccatum, & fortè nec leue, prudenter, & bonà fide procedendo. Colligi autem potest directionem, & non vim legis strictae, in ordinationibus reperiri, si verbis praecipuis non vtantur; tunc enim leges etiam poenam imponentes non obligant in conscientia, tenent P. Suarez lib. 5. de legibus cap. 9. num. 9. P. Azor Tomo 1. lib. 5. cap. 6. quest. 5. P. Thomas Sancius lib. 6. Operis moralis cap. 4. nu. 70. P. Palaus Tomo 1. tract. 3. disp. 1. Puncto 15. num. 24. & alii. Et quidem directiones illae, etsi à Regia auctoritate prodierint; id non nisi doctorum virorum in Consilium adlectorum directione dispositum. Cum ergo qui ordinariè in Consilio adstant, viri sapientes & quandoque non inferioris doctrinae ac probitatis quam priores illi, sint; poterunt res conuenienter peragere, etsi punctis atque apicibus legum ad suum munus spectantium, non penitus addicantur.

Affertio 2. aliquas tantum esse directiones.

Si verbum praecipuum non aduertitur, non obligant vt leges strictas.

97 Dico tertio. Etiam si ordinationes verbis praecipuis vtantur, non est indicium obligationis sub mortali. Probatur ex valde probabili sententia grauium scriptorum, asserentium obligationem sub reatu peccati in legibus à Principis eas ferentis voluntate pendere, & ita eam posse, vt conueniens sibi vitum fuerit, moderari. Sic tenent Nauarrus Castrus, Ioannes Medina, Caietanus, & alii apud P. Salas disp. 10. de legibus num. 29. quod & ipse amplectitur num. 33. & optimè probant P. Suarez lib. 3. de legibus cap. 27. eosdem & alios Auctores adducens P. Arriaga supra disp. 16. num. 71. & seq. P. Palaus Tomo 1. tract. 2. disp. 2. Puncto 8. P. Valentia Tomo 2. disp. 7. quest. 5. Puncto 2. questiuicula 2. P. Thomas Sancius lib. 2. de Matrimonio disp. 9. num. 6. & libro 6. Operis moralis cap. 4. num. 25. P. Escobar de Mendoza Tomo 1. Theologiae moralis lib. 5. num. 109. P. Baldellus Tomo 1. lib. 5. cap. 20. num. 5. Ioannes Sancius in Selectis disp. 15. num. 16. Bonacina disp. 1. de legibus quest. 1. Puncto 7. 5. 4. num. 23. P. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 74. dum satis probabile esse ait, nec quidquam in contrarium adducit; quem sequitur Diana Parte 3. Tractat. 6. Resolut. 91. & alii. Ratio est: quia tota vis obligandi in lege ex voluntate legislatoris

Affertio 3. non esse illam semper indicium obligationis sub mortali.

Modus obligationis legum à legislatoris voluntate pendere.

Efficax pro eo ratio.

flatoris est; ergo sicut obligare, & obligationem tollere absolute potest, ita & obligationem moderari. Neque satisfacet qui dixerit positam grauitate materiae non esse locum obligationi: Insuper enim aperte: nam positam grauitate materiae potest non condere legem, aut iam conditam abrogare: ergo & moderari obligationem. Antecedens constat, & Consequentia probatur: quia plus est absolute obligationem tollere, non obstante grauitate materiae, sic enim utilitas legis penitus cessat: ergo sicut materia substat voluntati eius in ordine ad positionem & reuocationem, ita & in ordine ad moderationem obligationis, videtur sanè euidens Consequentia. Quae vrgeri potest ex juris regulà; cui licet quod est plus, licet vtrique quod est minus.

Vnde volumus illius immutetur.

Benigne interpretanda.

In casu nostro specialis ob Conciliarios dignitatem.

Exceptio notanda.

Affertio 4. Praesertim obligationem esse sub mortali circa curam obseruandam Ordinationum.

98 Licet autem ex praefatis quidam affirmant, cum de voluntate legislatoris aliunde non constat, standum esse materiae qualitati; vt grauis obligatio sit, si grauis sit materia; & leuis, stante materiae leuitate: alii aliter sentent, existimantes, cum aliunde non constat de legislatoris mente, scilicet per consuetudinem sic legem interpretantem, aut quia aliter non videretur sufficienter communi bono prouisum, ob summam legis conuenientiam, aut alio ex capite; benignè esse legem interpretandam, ciuilem praesertim, de qua agimus. Cum enim obligare sic possit, & aliunde non constat de feueriore legislatoris intentione; cur graue iugum debeamus imponere, & damnationis occasiones cumulare? Cum praesertim de legibus agatur, quarum est publicum exercitium; quod si non sit vt lege ipsa praecipitur, sanum legislatori, aut eius locum tenenti brachium relinquatur, vt penis impositis illius obseruantia consulatur. Videantur Nauarrus in Manuali cap. 23. num. 49. Beia Parte 1. Casu 13. & P. Arriaga supra disp. 16. num. 64. & seq. P. Escobar supra cap. 6. alique ex citatis.

99 In casu nostro specialis pro Regio Indiarum Consilio, pro iis sunt dispositae viris, de quibus valde Maestas Regia confidit, magnis profecto sapientia & probitate, vt dixi, & ita cum illis agi vrbanius debuit, eorum conscientias ab onere illo grauissimo subleuando. Quia verò aliqua leges tales sunt, vt iuxta dicta nuper, non videretur sufficienter communi bono consultum, nisi sub mortali obligarent, & respectu earum, de quibus loquimur, aliqua tales sint, negari nequit quin eorum grauis sit obligatio. Videant ipsi, & iuxta sibi familiarem materiam, Dei, & Regis placitis obsequantur.

100 Dico quarto. Etiam si ordinationes Consilii non obligent sub mortali; immò & quandoque sine veniali stare earum omisso possit, iuxta dicta circa secundam Assertionem: Praesertim tamen Consilii peccabit mortaliter, si eas non curet communiter obseruari: secus si aliquoties conuiueat, de Senatorum Christianam agendi ratione confidens. Probatur: nam ad hoc praecipue eligitur, & est pars gubernationis eius eximia, pro qua stipendium recipit satis pingue; ergo tali obligationi non satisfaciens plusquam leuiter peccabit; de quo non videtur posse dubitari, sicut neque de obligatione restitutionis, si stipendium integrum recepit.

Theſauri Indici Tom. I.

101 Accedit obligatio obuiandi damno, quod ex communi ordinationum violatione oriri potest; licet venialiter tantum contingat delinquere transgressores: iuxta doctrinam, quam tradunt Sorus detegendo secreto quest. 2. Conclus. 3. Bañez 2. 2. q. 33. artic. 1. dub. 2. & P. Azor Tomo 2. libro 12. cap. 14. quest. 4. scilicet gubernatorem Reipublicae teneri multoties ad expellendos veniales defectus à Republica sub mortali peccato, quando ex illorum permissione possunt damna graua in ipsam resultare.

Ex damno vrgetur, etiam si veniales venialiter peccent.

102 Dico quinto. In Praeside Regii Indiarum Senatùs aliquid est specialis obligationis circa dicta, vnde minus excusari à peccato potest. Constat; quia Reges nostri propriam conscientiam se exonerare testantur, Indiarum curam in regium Consilium transfusa, praesertim circa Indorum conuersionem. Item. Prouinciae, ad quas illius prouidentia se debet extendere, sunt plurimae & remotissimae; vnde circa earum notitiam, & maxima Regum nostrorum ex illis elementa, maior quam in Consiliis aliis sollicitudo debet adhiberi: est ergo grauis obligatio Praesidi, vt Senatores faciat iuxta sibi impositas leges in rem momenti tanti vigilare: neque enim omnia eorum sunt conscientiae remittenda, quia neque in omnibus aequalis illa, & Reges ad hoc munus viros in omnibus primarios eligentes, eos volunt operi strenuam nauare sollicitudinem. Et vt aliquis à praedicto remoueret officio, id vnum esset sufficiens; scire inquam Senatorum libito omnia relinquendum. Confidat equidem aliorum conscientiae, sed suam praesertim; quod Praefecto Praetorii ore Cassiodori. Libr. 9. 24. sic Rex Athalaricus iniungit: Nam licet omnes penè honores summos aequaliter egeris, habes tamen proposita conscientiae bona, vbi nullam decet esse mensuram. Hic enim decorum est terminum non habere. Hic honesta probatur ambitio, cuius etiam & nimietas placet. Omne siquidem praedicandum, quanto profusius queritur, tanto gloriosius inuenitur. Sic ille.

Affertio 5. in eodem minor esse peccati excusatione, ob maiore & magis specialem obligationem.

Propria conscientiae cura maior in illo.

Cassiodor.

CAPVT X.

An Regij Indiarum Consiliarij suis legibus teneantur.

103 Possent illos leges condere Regia consulti Maestate, habetur in Ordinatione, 2. Ann. 1571. à Rege nostro Philippo IV. confirmata & renouata, vt testatur Dom. Solorzanus lib. 4. cap. 12. numer. 12. & in Politica pag. 895. tenorem eiusdem adducens. Licet circa hoc dubitet Dom. Villaruel Parte 2. Pacificae gubernationis quest. 12. artic. 4. à numer. 32. eò quòd Rex in illis subscribat. Sed verò Pontifex etiam in Concilio generali subscribit, & tamen leges Conciliares dicuntur. Videndus P. Suarez lib. 4. de legibus cap. 6.

Possent illos leges condere, quae Consilij dicitur, etiam si Rex subscribat.

104 Dico primò. Regij Senatores suis legibus obligantur. Id constat; quia illa non nisi Rege consulto, & ratificante conduntur, sine cuius voluntate vim nullam obtinerent: ea enim est vis ratificationis, ex textibus & Auctoribus, quos adducit Dom. Solorzanus supra lib. 2. cap. 26.

Affertio 6. obligari illis.

F num. 92.



num. 92. & seqq. Atqui Rege statuente, omnes non excepti manent subiecti: ergo & Senatores legibus a se dispositis.

Affertio 2. obligatio nem esse iuxta con ditionem.

105 Dico secundò. Leges dicta obligant secundum eas ferentis intentionem, iuxta dicta Cap. 1. & præced. Vnde Senatores ipsi earum conditores sciunt quòd circa hoc certum habeatur. Licet enim Rex sit, qui vim tandem legibus tribuit, simul tamen cum eo Consilium, cuius dispositionem sequitur. Si autem ipsi nihil speciale concipiant, sed leges ferant iuxta obligationem, quæ ex earum materia potest colligi, iuxta dicta est discurrendum: ut si magni momenti sint, & seculis obligatione sub mortali ferè inuites red derentur, grauis earum obligatio debeat repu rari. Quòd etiam dicendum cum leges à Consi lio latae alios habuerant Senatores & auctores, de quorum intentione constare nequit successori bus; debent enim iuxta præfatas regulas de ob ligatione, ipsam iudicare.

Affertio 3. leges pœna les circa metalla in conscientia non obliga ro.

106 Dico tertio. Cum leges de metallis præ tiosis agentes vt pœnales habeantur, nec videat ur æquitati cõforme laqueum conscientis plu rimum iniicere; videtur dicendum tamquam verosimile, & saltem probabile, eas in conscientia non obligare, cum pœna amissionis impo nitur, aut quid simile. Iuxta doctrinam Nauarri in Cap. Frater 12. q. 2. num. 22. & in Manua li Cap. 23. n. 55. & aliorum, quos adducit; plu rimumque, quos congerit P. Salas Disput. 15. de legibus à num. 3. quibuscum ipse sentit à num. 17. quando lex non imponitur per verba præcepti, sed sic: Si quis hoc, vel illud fecerit, talem, vel ta lem pœnam incurrit: pro quo & alios adduximus num. 96. & etiam si verba præceptiua ad sint, idem esse probabile Assertione 3. Capitis præcedentis ostendimus. Neque sententia hæc in notabile de trimentum Regij patrimonij cedit: nam quod ex occultatione aliquorum amittitur, ex aliorum pœnis compensatur; magna enim sapius quan titates minus prouide occultare deteguntur, qui bus filicus adaugetur.

Quæ for ma legis talem obli gationem non indicet

Affertio 4. Consiliiarij grauius delinquit, si contra leges regi jiri agant.

107 Dico quartò. Absolutè loquendo, Si Regij Senatores contra leges regitri, aut alias si miles operentur, grauius delinquent. Id pro bo: quia suo exemplo alios inducunt ad similia, ex quibus legum contemptus inducitur, & præ terea, in re non parui momenti officio suo de sunt, curandi scilicet vt leges pro bono commu ni positæ custodiantur.

Affertio 5. Aliquando non ita ac ciere.

108 Dico quinto. Stare aliquando potest vt prædicta sine graui peccato fiant; si vide licet necessitates urgeant, neque aliter sit habendi securitas, & cum secreto peragantur. Hoc videtur sine probatione alià verosimile, cum constet per secretum damnis prædictis occurrì, & necessitas rigorem legis temperet, iuxta vul gata iura. Cap. Quod non, de regulis iuris: Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Vbi plures alios Textus adducit Glossa & in Cap. Si quis propter necessitatem, de furtis. Quibus sublati sola potest obligatio pœnalis legis relinqui, quæ stabit quidem, & fiet eidem satis, si quod occultè transmittitur, diligentia ministrorum le galium detegatur. Sic enim Regio applicabitur fisco, & erit fortè sic mulctatus; pœna eiusdem inexcusabilis executor.

CAPVT XI.

Vtrum Regium Indiarum Consilium possit personas Ecclesiasticas inordinatè procedentes in Hispaniam auocare.

S. I.

Duplex sententia, & vtriusque fundamenta.

109 **O**btia est ratio dubitandi; fit enim sic, quod tamen non posse fieri notissima ostendit immunitas; contra quam non ire tot viros aded sapientes & Christianos videtur aliàs iudicandum. Et communis illa in promptu est ratio, Regem œconomico iure in hac parte se gerere: sicut enim familia cuiuscumque dominus domo expellere quemcumque potest qui sibi videtur incommodus, eò quòd turbationis domesticæ causa sit, quamuis sit ille Clericus, vel Religiosus; aut ex vno in aliud mutare cubiculum ob congruam aliquam rationem; ita & Rex Clericos ac Religiosos tur bantes pacem bono communi potest eorum muta tione consulere, & si opus sit, etiam extra regna expellere; omnia enim instar vnus domus sunt ad negotium præsens. Et quidem in Indiis hoc speciali videtur ratione procedere: cum enim aded distet, si turbari eas cõtingat, valde difficile erit de opportuno remedio prouideri; vnde occasiones oportet anteuerti, nedum exortas amputare. Quid est enim gratius, quam humanis rebus cautelam semper adhibere: quæ aut hic necessaria, aut non grauis esse superflua? Verba sunt Theodorici apud Cassiodorum Lib. 3. 48.

Ratio du bitandi, & qua pro parte affirmante communi ter assertus de œcon omica ad ministrati one.

110 Dico potest, per Ecclesiasticos Præ latorum remedium posse procurari; pro quo, præ ter obligationem officij, Regia admonitio suffi ciet. Quæ responsio optima est, quando res ita potest disponi. Sed quid si de remedio à Præ lato adhibendo desperatur? vel si sperari aliquo modo possit, non tamen aded solidis fundamen tis; vt Principis possit animus conquiscescere? Quod quidem in regionibus tanto interuallo distanti bus rationabiliter timeri potest, cum Prælatorum industria parum habeatur explorata; sitque præterea eos viuere incertum: vnde ad radicem mali, sublata occasione, securis videtur adhi benda. Neque enim certis periculis per incerta est remedia prouidendum; cum potius è contra rio sit agendum: vt scilicet incertis periculis certa remedia destinentur. Sunt enim aliqua, quæ pœna digna non sunt, neglecta tamen aut insuper ha bita, multorum, magnorumque malorum causam præ beant: vt scribit Dio Cassius. Lib. 52. Vbi & illud Cornelij Taciti Lib. 11. Annalium ritè cadit: Securitati consules antequam vindicta. Securitati in quam per remotionem vnus, ne opus sit in plures, excitatis turbis, seuerius vindicari.

Cassiodo rus.

Vrgetur ex in certis reme dijs Præ latorum.

Periculis etiam non certis oc currendum.

Dio Cas sius.

Tacitus.

111 Et hæc quidem stylum videntur præ dictum à violatione Ecclesiasticæ immunitatis excusare. Cum tamen remotio talis rationem pœnæ habeat, & satis profectò grauis, vt potè longi

Stylus præ dictus im probatur, & œcono micu textus.

longi & laboriosi nimis exilij; videtur aliàs non licere laicæ potestati: & verò si philosophari dicto modo liceret, & ad œconomicam gubernationem dispositiones istas aded graues reuocare; eodem modo poterit circa alia discurre & sic libertatem Ecclesiasticam magnà ex parte demoliri. Dominus enim familia Clericum, aut Religiosum potest domo eicere, cuius prauis displiceant mores, erga quamcumque materiam prauitas versetur, in quamcumque liquidem nocere possunt: ergo & Rex poterit similiter Ecclesiasticos à regno expellere ob quamcumque morum prauitatem. Consequenter videtur vr gere iuxta doctrinam prædictam: quia Rex non minus debet regni pacifico statui cõsulere, quam pater familias domus propriæ vtilitati. Et quem admodum hic non dicitur pœnam infligere, sed suæ indemnitati prospicere, ita etiam de Rege dici potest.

Rem posse ministerio Præ latorum executioni mandari, et nudi pro eo designari.

112 Præterea. Si expediat aliquem ex Indiis abduci, id potest ministerio Ecclesiasticæ iurisdictionis exerceri; ergo nequit laica potestas suo tantum brachio vt in huiusmodi compulsionem. Antecedens probo. Nam Rex per Consilium potest ad Prælatos scribere suo expedire seruitio, vt talis, aut talis, in Hispaniam remittatur: quæ voluntatis significatione, nullus erit qui non ad executionem Regij beneplaciti moueatur. Quòd si fortè in executione difficultas aliqua subsit, & supplicandum videatur, id Regi, & Consilio ingratum non accidet; immò & fortè gratius super fessisse fuerit; sic enim veritas solet propalari. Et ita quidem vidimus accidisse nonnumquam, dum finitris informationibus aures Regiorum Senatorum opplerunt: vocati enim nequaquam remissi; idque non solum patienter, sed æquanimiter ac libenter toleratum. Potest item ad Pro regem scribi vt executionem vrgeat, Regis inculcatà voluntate. Vbi & mirandum erit Consi lium Regium conuenientiam expulsiõis iam inde ab Orbe alio prospicere, quam Prorex, rem habens præsentem, non valeat melius intueri. Ex quo ostenditur causas auocationum talium non tale fempit solitas habere momentum, vt ad remedium aded acre compellant; quandoquidem ij, qui præfentes ad sunt, nihil tale deprehendunt.

Medium iuxta quod sine scrupulo potest procedi.

113 His addo, medium esse aliud, quo possit omnis scrupulus in tali auocatione cessare: si videlicet Patriarcha Indiarum eam habeat potestatem ex Apostolicæ Sedis concessione, etiam erga exemptos: quod difficile non fuerit impe trare. Tunc enim proposita ei à Consilio Regio auocationis conuenientia, poterit rationabiliter imperare. Habere autem Consilium talem ab Ecclesiastico iudice dependentiam, indecorum non debet indicari, sed maximè gloriosum, iuxta dicta num. 81. Pro quo & iuvat Athalari cum Regem ore Cassiodori Lib. 8. 24. sic locutum excepisse: Tanto Diuinitati plurima debemus, quanto à ceteris mortalibus maiora suscepimus. Nam quid simile rependat Deo, qui posuit Imperio? Sed licet pro tanto munere nihil compensari possit idoneè; ipsi tamen gratia redditur, dum in seruentibus honoratur. Et inferius. Sed aliorum plecenda subreptio nobis obtulit plenissime laudis euentum, vt causa con tingeret præstandi, quæ nos celestibus commendaret

Cassiodo rus.

Subiectio in Regibus comparati one Ec clesiæ & vtilis & decora.

114 Cum ergo vtriusque rationes appareant, non erit mirum si Scriptores diuersimodè intueniantur opinari. Et actionem dictam esse licitam plures Iuriconsulti existimant, quos adducunt Diana Parte 1. Tract. 2. Resolut. 18. & Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 27. & in politica Lib. 4. Cap. 27. & aliis accedit Dom. Villaroel Parte 2. Pacificæ gubernationis Quæst. 13. Artic. 6. num. 114. Pro quo & Dom. Solorzanus schedulas aliquas Regias adducit. Contrarium autem tenent quamplures ab eisdem prolati, quod & communiter Auctores Societatis amplectuntur. P. Suarez Tomo 5. in 3. p. Disput. 21 Sect. 2. num. 70. iuncto num. 102. P. Henriquez Lib. 14. Cap. 12. num. 6. & in Glossa lit. V. P. Filliucius Tomo 1. Tract. 16. n. 247. P. Scortia in Epitome Bullarum Cap. 66. Theoriæ 420. P. Palaua Tomo 6. Disput. 3. Puncto 20. §. 5. & 7. iunctis iis, quæ habet Tomo 2. Tract. 12. Puncto 6. Disput. vnica, quatenus casum istum non excipit.

S. II.

Resolutio Assertionibus explicata.

115 **D**ico primò. Talem auocationem frequenter indicere, non videtur in Regiis Consiliariis sine graui conscientia reatu stare posse. Sic citati, & præterea Dom. Solorzanus num. 17. vbi ita scribit: Sed licet hæc ita se habeant, & rarius, (vt dixi) satisque sit, vt Ecclesiasticorum expulsiõne alicuius coërcitio eo modo, quo diximus, expediatur (scilicet per Ecclesiasticos Prælatos: adhuc tamen vbi Prælati Ecclesiastici hoc facere differunt, vel in ipsismet Prælati morbus consistit, cuius medicina destitatur: vel facinus ita graue & insolens est, vt cõtentionem non patiantur, & celerem ac exemplarem animaduersionem requirant; probabiliter, & absque villo periculo &c. Non ergo probabile censet, cum facinus non est graue & insolens, sicut frequenter non est, Consiliarios Regios ad remotio nem sacrorum hominum procedere. Id quod etiam allata à nobis superius persuadent.

Affertio 1. frequenter auocatio nã esse mortali ter cul pabilem.

Dom So lorzanus.

116 Dico secundò. Quodcumque illud sit, propter quod expulsio iudicatur conueniens, si per Ecclesiasticos Prælatos præstari possit, tutà conscientia nequit remedium huiusmodi præter mitti. Id probo

Affertio 2. Per iudices Ecclesiasticos, si quænt, semper faciendum.

Primò, ex decreto Clementis Octaui, de quo Genuensis apud Dianam supra Resolut. 20. qui statuit causã Religiosi de grauiissima rebellionem in regno Neapolitano rei, non debuisse à iudicibus laicis cognosci, & tamen nullum ita præ iudiciale facinus respectu boni communis, nec magis Principibus odiosum.

Probatio 1. ex decre to Clementis Octaui.

117 Dices decretum præfatum de cognitione iudiciali procedere, quam & opposita sententia negat laico iudici debere concedi; non cognitione per viam œconomicæ gubernationis. Sed in primis sunt qui dicant distinctionem hanc esse chimericam, quia cum cognitio causæ reipsa sit, & pœna satis grauis infligatur, sola de nomine

Enasio de iudiciali cognitione tantum prohibita.

Explicatur valide.